

doctorem Friburgi (prout et reliqui plerique abbates habent), qui certo salario conductus in gravibus causis ac controversiis monasterio adsit etc. Quod ad minores famulos attinet, commode non potest abbas esse absque camerario fideli et prefecto stabuli, sind 3. Reittröf vorhanden, under welchen eins in der Bereitschafft muß sein für die Pfarreien, denn under den incorporirten die eine 2. Stund vel saltem 2½ Stund vom Kloster ligt, die ander aber nur eine halbe Stund.

9. Quantus religiosorum numerus ibi fuerit? — Responderunt: tempore pacis aluit monasterium 16. vel etiam 18. religiosos. Nunc 6. in monasterio sunt et unus in parochia. Quantos autem nunc alere possit, experientia docebit.

10. Fratres professi ad studia olim missi sunt. Molzheimium, ubi et seminarium sive convictum habuerunt, nunc convictu illo destructo necesse erit vel ad aliquod monasterium ad studia vel Friburgum mittere, si deerit in monasterio proprio, qui doceat. Nunc duo adsunt fratres professi, 20. ambo annorum circiter, quorum alter humanista diligens, alter vero vix grammaticista aut syntaxista totus desidiosus et ad fabricandum natus ac forte neglectus.

11. Dispositio ac ordinatio monasterii circa officia ac officiales, tam regulares, quam saeculares, circa familiam esse, omnia alia omnino penes solum abbatem est juxta s. regulam.

12. Distributio temporis in huius congregationis monasteriis pene eadem est, quae in nostris, nisi quod Matutina dicatur mane paulo ante horam quartam ac Prima ad horam sextam. Statuta congregationis huius nemo nos edocuit, fassus tamen est r. d. visitator, esse aliqua, credibile est, illa non concernere disciplinam monasticam.

13. Ad illam quaestionem, utrum abbas teneatur suarum expensarum rationem reddere conventui? — Responsum nobis est: non teneri, si tamen vel d. vicarius generalis, vel patres visitatores abs ipso peterent, tergiversari aut abnuere non potest. Der Schaffner aber muß jährlich Rechnung geben dem gnedigen Herrn, hernach zeigt er selbige auch im ehrwürdigen Convent.

C. Puncta aliqua, ad quae ex ipsa loci inspectione informatio haberi potuit.

1. Aedificia monasterii pleraque stant erecta adhuc et magna ex parte jam reparata, praeter templum recentius omnino exustum ac d... tum¹ balnei. Templi ac reparandi media adsunt non difficilia, nam lignorum abundans copia prope monasterium, uti et lapides et

¹ nicht mehr lesbar.

arena, solum calx deest ac tegulae, quae tamen non ita procul comparari possunt. So hatt daß Gottshauß auch 2. Sägen, deren die ein uegft beym Kloster.

2. Molendinum monasterium habet proprium, recentius recuperatum, vix uno a monasterio quadrante distans. Vinaria etiam duo vel tria, nec non rivos piscium ferentes.

3. Bibliothecam habet satis copiosam et bonis libris instructam.

4. De sacra suppellectili, tametsi nonnulla per bellorum injuriam perierint, adsunt tamen adhuc potiora ornamenta. So fatt auch bey St. Landelin ein groß Opffer, sonderlich von Wax; unum templi...¹ augeri potest.

5. Archivium item, et quae ad cancellariam spectant documenta et urbana maiori ex parte salva remanserunt.

6. Medicus et medicinae vel Friburgo vel Argentorato haberi possunt, commodius ac hinc quoque illinc, uti et nunc Argentoratense utuntur una cum aliis monasteriis, quem — dicunt virum bonum et in aliis nullis bona servitia monasterio praestare solitum.

7. Postremo tametsi dd. vicarius ac visitator fateantur, omnino aequum esse, ut monasterium s. Galli, quod abbatem postulatum suppeditat, servaretur indemne, quod sumptus iam factos et deinceps faciendos, tamen quia pecuniae in praesenti desunt, rogant rr. pp. huius conventus, ut r. d. postulatus necessariis instructus adveniat, promittentes refusionem ac resitutionem omnium expensarum, tempore quo primum fieri potest. Actum loco et die supradictis. F. Ambrosius [Negelin²].

Original in dem Ettenheim-Münster. Copiebuch Nr. 6 (Copieb. 329⁴).

35. Compromiß-Urkunde der Conventualen von Ettenheim-Münster bei der Abtwahl, 4. Juni 1653.

Formula compromissi*.

Nos, administrator et capitulares conventus monasterii s. Eltonis et s. Landelini, ordinis s. Benedicti, congregationis Argentinensis, post cessionem ac resignationem abbatiae abs r. d. Amando, abbate iam dicti monasterii, canonice factam, cum per viam liberae electionis de alio capite nobis ac monasterio nostro providere quidem conati fuisset, certis tamen ex causis subiectum pro abbatiali dignitate ac regimine de gremio

¹ nicht mehr lesbar. ² Negelin ist ergänzt.

* In demselben Bande Nr. 7 ist noch ein Entwurf, aber nicht datirt, für diese formula compromissi vorhanden, welcher am Anfang fast gleichlautend, nur kürzer gefaßt ist.